



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

91 Item in locis plerisq[ue] episcopi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

opibus abundant, auro venalia sunt; reliquis vero quibus
minimum suppetit nummorum, & iniquus est Plutus: ille
diuitiarum deus; non impartiuntur, sed penitus denegantur.

QVEMADMODVM SEPVLTVRAE IVS QVI-
busdam mortuorum cadaueribus, magno sit ære redimendū.

Papalibus statutum est canonibus, vt h̄s dumtaxat publi
ci iuris ecclesiastica denegetur sepultura, quos manifestis &
plane notorijs, mortalibus, vt vocant, peccatis, ex communi-
ni hac mortaliū sorte, absq; dominici corporis, sanguinisue
participatione migrasse compertum siet. Verum ecclesiastici
non animaduersis talibus Pontificum decretis, forte fortu-
na, aqua suffocatos, gladio, ruina, vel incendio occisos, iugul-
atos, atq; vita casu functos, etiamsi non pateat, peccatis mor-
talibus obnoxij decesserint, necne, in ecclesiasticam tumulas
re sepulturam, nō permittunt, quo usq; tam iniquo fato mor-
tuorum vxores, liberi, amiciue, ab ipsis cemiterium non mos-
dico ære comparauerint.

VT PLERIQUE ECCLESIASTICI VITAM

laicam, planeq; rixosam agant.

Nec minus etiam Germanis molestum est, q; potior pars
rochorum sacerdotum, monachorum, aliorumq; ecclesiastis
corū pars, in diuersorij, stabulis ac choreis, populorum tur-
bis se immiscent, in plateis item habitu minus decenti, vtpu-
ta gladijs, vestibusq; Iudicris: præterea rixis, iurgijs, litibus,
altercationibus laicos ad iram, & consequenter ad arma pro-
uocant, vulnerant, nonnunq; etiam confodiunt. Dein excom-
municationis fulmine miseris illos laicos, vel quos leserūt,
eousq; diuexant, quo usq; ad libitum suum laici se cum his
composuerint.

Item in locis plerisque episcopi, & eorum officiales non
solum sacerdotum tolerant concubinatum, dummodo cer-
ta persoluatur pecunia, sed & sacerdotes continentes, & qui

G ij

abscq; concubinis degunt, concubinatus censum persoluerere cogunt, afferentes, episcopum pecuniae indigum esse, quia soluta, licet sacerdotibus, ut vel celibes permaneant, vel concubinas alant. Qz res haec sit nephanda, nemo non intelligit.

QVO PACTO NONNVLLI ECCLESIASTICI, PVBLICAS EXERCEAT TABERNAS, & ILLICITA CORRODANT LUCRA.

Ecclesiastici item, potissimum in his locis, vbi iurisdictione habent, in templorum dedicationibus, publicas exercent tabernas, suisq; facellanis & sacerdotibus, taxillos, chartulas lusorias, & quicquid ad ludum pertinet, conuiuis administrare, ac omni deposito pudore, illicitum inde percipere lucrum student: idq; superioritatis quodam iure sibi licere adserunt. Quanq; Pontificum canones, imperatorum leges, omnesq; omnium prouinciarum magistratus vetent, ne ecclesiastici ita a decoro & honesto deuient, vt ihs se inuoluant negotijs, circa quae vix laicos occupatos esse decet.

QVOMODO ECCLESIASTICI MORIBUNDIS, VT SUOS & LEGITIMOS HERedes DEFRAUDENT, PERSUADEANT.

93 Inter cætera etiam hoc obticendum est nequaq; quum nō minimum sit onus, quo Germani grauantur, q; regioni persuagatores, quos vulgo Terminarios ac Stationarios vocat, monachi & sacerdotes, infirmos, animaq; iamiam agentes: ac præsertim eos, quibus æs esse in cista norunt, tempore libusue bonis abundare compertum habent, blandiloquenter, adulacione, verbisq; venustulis: vt ad pessima quæq; hoc genus hominum semper plus æquo instructum est, atq; patratum; adoriantur; circumueniunt, persuasionibusq; ficticijs eo tandem adducunt, q; sibi potiorem, & pecuniarum & bonorum partem in testamentis legant. Quare liberi, agnati, ac cognati, reliquiq; sui & legitimi heredes, quib; potius tota hereditas illesa relinquenda erat, contra omnem equitatē: mirūq; iactura adficiātur; interdūq; ad miseriā vsq; adigant.